

## CASUS ACCUSATIVUS – ἡ αἰτιατικὴ πτῶσις

### ACCUSATIVUS DUPLEX

1. Is me heredem fecit. (PL. *Poen.* 1070)
2. Mesopotamiam fertilem efficit Euphrates. (Cic. *N.D.* 2.130)
3. Cato nutricem plebis Romanae Siciliam nominabat. (Cic. *Verr.* 2.5)
4. Parentes carissimos habere debemus. (Cic *Red.Sen.* 2)
5. Socratem totius philosophie atque eloquentie principem non immerito dicere et praedicare debemus. (MANETTI, *Vita Socratis*)
6. Nos eam patriam dicimus, ubi nati (...) sumus. (Cic. *Leg.* 2.5)
7. Eodem die [Caesar] equitum magnam partem flumen transiecit. (CAES. *Civ.* 1.55.1)
8. [Caesar] milites (...) navibus flumen transportat continentemque ripae collem improviso occupat. (CAES. *Civ.* 1.54.4)
9. Quis musicam docuit Epaminondam? (NEP. *praef.*)
10. Cotidie Caesar Haeduos frumentum, quod sunt publice polliciti, flagitabat.
11. Discipulos id unum moneo, ut praeceptrores suos non minus quam ipsa studia ament et parentes esse non quidem corporum, sed mentium credant. (QUINT. *Inst.* 2.9.1)

### ACCUSATIVUS EXCLAMATIONIS

12. O me miserum! Heu me perditum!
13. O stultum hominem! (Cic. *Off.* 3.100)
14. O virum Sparta dignum!

### ACCUSATIVUS EXTENSIONIS

#### a) ACC. SPATII

15. Prima legio in castra venit reliquaeque legiones magnum spatium aberant. (wg CAES. *Gall.* 2.17.2)
16. Zama quinque dierum iter ab Carthagine abest. (LIV. 30.29.2)
17. [Caesar] turres circumdedit, quae pedes lxxx inter se distarent.
18. Praefecti regii (...) ad Atticam accesserunt ac suas copias in campum Marathonum deduxerunt. is est ab oppido circiter milia passuum decem. (NEP. *Milt.* 4.3)

#### b) ACC. TEMPORIS

19. Decem quondam annos Troia oppugnata est.
20. Septem horas dormire satis iuvenique senique.
21. Per annos centum cum populo Romano bellum gessimus. (LIV. 23.42.6)

puer decem annos natus = puer decimum annum agens = puer decem annorum (gen. qualit.)

22. Annos septuaginta natus – tot enim vixit – Ennius ita ferebat duo quae maxima putantur onera, paupertatem et senectutem, ut eis paene delectari videretur. (Cic. *Sen.* 14)

### ACCUSATIVUS GRADUS

23. Nostri non multum aut nihil omnino Graecis cedunt.
24. aliquantum ... avidior. (TER. *Eu.* 131)
25. Ac ne is quidem tantum contendet in dicendo quantum potest, sed consulet laudi et existimationi tuae. (Cic. *Caec.* 48)

### ACCUSATIVUS ZAWARTOŚCI (TREŚCI / WEWNĘTRZNY / QUALIFICATIVUS > FIGURA ETYMOLOGICA)

26. Vicimus, o socii, gravem pugnavimus pugnam.

27. Filius eius non longius triduo vitam vixit.
28. Magna voce juravi verissimum pulcherrimumque ius iurandum, quod populus idem magna voce me vere iurasse iuravit. (Cic. *Fam.* 5.2.7)
29. Longam (...) ire viam (VERG. *Aen.* 4.467-8)

#### **ACCUSATIVUS RESPECTUS (GRAECUS)**

30. Perculti pectorata Poeni (ENN. *Ann.* 310)
31. Gladio latus cingor (PETR. *Sat.* 82.1)
32. Restituit Aeneas claraque in luce refuslit  
os umerosque deo similis... (VERG. *Aen.* 1.589-90)

#### **Ćwiczenia:**

- Starożytni uznawali Rzym za najpiękniejsze miasto na świecie:
- Uważamy uczciwość na najwyższą zaletę:
- Naucz mnie łaciny i innych języków starożytnych:
- Domagał się pieniędzy nie tylko od mojego ojca, ale i od matki:
- Nie powinniśmy nazywać głupcami tych, którzy nie kochają łaciny:

1. Summum consilium maiores nostri appellarunt senatum. (Cic. *Sen.* 19)
2. Aristoteles ait bestiolas quasdam nasci, quae unum diem vivant. (Cic. *Tusc.* 1.94)
3. Homines caecos reddit cupiditas. (Cic. *Amer.* 101)
4. O caecitatem mentis humanae! (Erasmus)
5. Suo iure noster ille Ennius 'sanctos' appellat poetas. (Cic. *Arch.* 18)
6. Panaetius Platonem enim omnibus locis virum divinum, sapientissimum, sanctissimum, Homerum philosophorum appellat. (wg Cic. *Tusc.* 1.75)
7. [Agesilaus] Hellespontum copias traiecit tantaque usus est celeritate, ut, quod iter Xerxes anno uertente confecerat, hic transierit triginta diebus. (NEP. *Ag.* 4.5.)
8. Ingenia (...) nostrorum hominum multum ceteris hominibus omnium gentium praestiterunt. (Cic. *De orat.* 1.15)
9. Eodem die [Ariovistus] castra promovit et milia passuum sex a Caesaris castris sub monte consedit. (CAES. 1.48.2)
10. [Catilina] iuentutem, quam, ut supra diximus, inlexerat, multis modis mala facinora edocebat. (SALL. *Cat.* 16.2)
11. Concidit et spumas agit, ingemit et tremit artus. (LUCR. 3.489)
12. In eo itinere [Caesar] persuadet Castico Catamantaloedis filio Sequano, cuius pater regnum in Sequanis multos annos obtinuerat et ab senatu populi Romani amicus appellatus erat, ut regnum in civitate sua occuparet, quod pater ante habuerat. (CAES. *Gall.* 1.3.4)
13. O fallacem hominum spem fragilemque fortunam et inanis nostras contentiones, quae medio in spatio saepe franguntur et corruunt aut ante in ipso cursu obruuntur, quam portum conspicere potuerunt! (Cic. *De Orat.* 3.7)
14. Prius quam istam pugnam pugnabo, ego etiam prius dabo aliam pugnam claram et commemorabilem. (PL. *Ps.* 524-5)
15. Accius ait se et Pacuvium docuisse fabulam, quom ille octoginta, ipse triginta annos natus esset. (Cic. *Brut.* 230)
16. [Caesar] certior factus ab Titurio omnem equitatum et levis armaturae Numidas, funditores sagittariosque pontem traducit atque ad eos [hostes] contendit. (CAES. *Gall.* 2.10.1)
17. O dulce otium, honestumque, ac paene omni negotio pulchrius. (PLIN. *Ep.* 1.9.6)